faciendo ad Quietationem etiam ultra proximos Terminos Officij
praefati Castren[sis] Praemislien[sis] dilationem sibi non recipiendo. Nec commis-
sa omnia parib[us] simplicibus vel triplicatis Evasionibus fatalib[us]
Juris perscriptione terrestri incompetentijs, fori eadem [illegible] omnib[us]
in universum Juris remedijs defensis [illegible] contra Inscriptionem
et eius omnia contenta [illegible] et [illegible] praesent[is] sua
Inscriptione ad commissa omnia mediante.

Osekowski & Rebertowski Roborant

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[eal]ibus
Praemislien[sibus] Generosi Stanislaus Osękowski ab una et Joannes
Rebertowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existen-
tes a Terrestribus [illegible] Juribus Jurisdictionibusq[ue] [illegible] quibusvis
[illegible] et competentijs recedendo praesenti vero Castren[si] Capitan[eal]i Prae-
mislien[si] Jurisdictioni se cum Successoribus et bonis suis omnibus quo
ad actum hunc attinet totaliter et plenarie incorporando et subij-
ciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et qui-
libet illorum seorsim recognovit. Quia ipsi Intercisam [illegible] inter
se Recognoscentes ratione quarumvis rerum et Conditionum in eadem
Intercisa Contentarum de actu et data ipsius Intercisae hic Praemi-
sliae feria Tertia post festum Sanctae Agnetis Virginis Anno praesen-
ti Confectam manibus proprijs eorundem Recognoscentium subscri-
ptam et sigillatam Vadioq[ue] Septingentorum et Quinquaginta florenorum
polon[icalium] firmatam In omnibus eiusdem Intercisae Conditionibus Pun-
ctis Clausulis articulis ligamentis rebusq[ue] universis approbant
roborant Confirmant et ratificant ac sese eandem Intercisam una
pars alteri se ac suos posteros in et super bonis suis quibusvis omnibus
mobilibus et immobilibus hereditarijs et Obligatorijs Summisq[ue]
quibusvis pecuniarum nunc habitis et in posterum habendis inscribit
et obligat tam in toto quam in quavis minima parte firmiter te-
nere complere inviolabiliterq[ue] observare et exequi [illegible] sub [illegible]
dio Septingentorum et Quinquaginta florenorum pecuniae polon[icalis] per partem parti
cum Successoribus utriusq[ue] partis ob non Complectionem Contentorum Intercisae
praefatae tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum

succumbendo Pro quo quidem Vadio modo commisso ad solvendum succumben-
do ac pro se aliqua puncta non completa complenda Citata existens pars
una commissa non tenens aut eius Successores ad Instantiam partis alterius
commissa tenentis aut eius posterorum ad Officium praesens Castren[se] Capitan[eale]
Praemislien[se] ex [illegible] suprascripto quoad respondendum spectat me-
diante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Ju-
ri parere, respondere, Vadia commissa luere, Inscriptioni huic satisfacere
ac omne Judicatum pati debebunt et tenebuntur, seq[ue] ac suos Successores ad ea
dem omnia obligat eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes
Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate
pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servi-
tio militari ad munimenta ad Exercitorem vel alijs quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos
Terminos Officij praefati Castren[sis] Praemislien[sis] dilationem sibi non recipien-
do nullasq[ue] Motiones, appellationes earumq[ue] prosequutiones faciendo ac com-
missa omnia parib[us] simplicibus vel triplicatis, Evasionibus, suspensioni-
bus fatalib[us] Juris perscriptione Terrestri bello Conventionesq[ue] [illegible] alijs
quibusvis Juris remedijs et defensis non subterfugiendo Hac sua praesen-
ti Inscriptione ad commissa mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta post Dominicam Quadragesimalem Reminiscere proxima. Anno Domini 1627.

5/III 1627

Coram Generoso Mathia Siecinski a Siecin Terrae Visogrodiensis Pocillato-
re et Vicecapitaneo Nec non Alberto Alexandro de Przedworzewo
Przedworzewski Wladislavien[sis] Terrae et Notario Castren[si] Praemislien[si] Officio
et Actis.

G. Grochowski Woiakowskiemu Obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Pre
misliensis Generosus Thomas Vladislaus de Grochowice Grochowski Generosi
olim Stanislai Grochowski filius in Mokrzany haeres sanus mente et cor
pore existens a Terminis districtibus Iuribus Iurisdictionibusque sub quibus
iis propriis et competentibus recedendo. Huic autem Iurisdictioni Castrensi Premisl.
quo ad actum praesentem attinet se cum Successoribus bonisque suis generali
omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua haereditaria
dictae Certas totas et integras partes in Villa Mokrzany iacentes ex parte
Dworzysko, Charowskie dictum. Item agros tres Cmethonales desertos
Harowski Iurkowski Hackowski. Item Hortos tres Harowski Iurkow
ski Matusiowski. Item Piscinam ante Tabernam in eadem Villa
Mokrzany situatam nec non duos Cmethones bene possessionatos
Unum Valtho Alterum Lewicz in agris residentes in eadem Vil
la Mokrzany Consistentes atque Hortulanum unum dictum Ius
Cum omni praemissorum Iure dominio et proprietate Cumque
omnibus et singulis bonorum eorundem utilitatibus fructibus
proventibus reditibus emolumentis ... agris ... campis
pratis pascuis ... indaginibus rubetis Stagnis la
cubus fluviis fluminibus rivis rivulis torrentibus Molen
dinis Tabernis subditis Cmethonibus Hortulanis
bus cumque laboribus Censibus dationibus obventionibus
Vectigalibus muneris Officiis obsequiis omnibus ab eisdem ex
antiquo provenire solitis attinentiis et pertinentiis generaliter
universis Nihil ex eis excipiendo Iure dominii et proprietatis
pro se et suis Successoribus aut alio quopiam penitus re
servando seu excipiendo verum totaliter large Circumferentia
liter prout solus metu Recognoscens tenuit habuit et pos
sidebat et ab antiquo sunt distincta limitata Iam ex nunc et de fa
cto Nobili Iacobo Nieckowski et eius posteris in Summa

Septingentorum florenorum polonicalium Certi veri iusti et liqui
di debiti mutuatique pecuniis ab hinc ad Festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo
Vigesimo Nono proxime venturo incidens et in defectu pro
hinc exemptionis ex hinc ad aliud simile Festum Conversio
nis Sancti Pauli Apostoli pro Anno proxime ventu
incidens et sic Consequenter de Anno ad Annum annis se
se Continue et immediate sequentibus usque ad exemptio
nem eorundem bonorum et Summae praefatae Integram et
indivisam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit
prout praesentibus obligat et invadiat. Et iam ex nunc et
de facto Idem Recognoscens eidem Obligatorio suo eius
que Posteris coram Officio praesenti in eadem Bona prae
sentibus Obligata dat et admittit realem Intromissionem
et actualem pacificamque possessionem per Minister
ialem Quemcunque et Nobiles duos ipsi nunc ab Offi
cio praesenti adductos die quacunque voluerit Officiose
[illegible] per ipsum Obligatarium suum eiusque
Successores Bona eadem praesentibus Obligata per se
tenendi habendi possidendi illisque pacifice et
quiete utifruendi ac ad usus suos quoscunque suc
cessione beneplacitos quosvis libere Convertendi mo
do ac [illegible] Obligatorio Debetque et tenebitur Idem
Recognoscens Generosus Thomas Vladislaus de

Grochowce Grochowski pro ut se ac suos Successores in
et super bonis suis generaliter omnibus et summis
pecuniarys habitis et habendis Inscribit et Obligat
praesentibus Obligatis et rahore eorundem ab omni et qua
uis Impetitione Juridica quarumcunq personarum
Cuiuscunque Conditionis status et sexus existentium
coram quouis Judicio et Officio Regni exoriundis toties
quoties opus fuerit usq ad exemptionem eorundem bonorum
et summae praefatae integram et reduisam persolutionem
tueri defendere evincere et intercedere et eliberare indemnem
que et indemnes reddere nec non bona eadem praesentibus
Obligata tam in parte quam in toto ab omnibus in gene
re Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus
in eisdem bonis factis et faciendis Item etiam a quibusuis
Citationibus in eadem bona importatis et importandis Lu
cris denique et perlucris processibusque Juris quibus
uis in quocunque puncto et gradu Juris dependentibus in
eisdem bonis obtentis et obtinendis in quouis Judicio et
Officio Regni perductis et perducendis emundare et eli
berare mundaq et libera semper facere ac etiam Intromis
sionem praefatam coram Officio praesenti admissam in fundo
bonorum praefatorum Obligatorum dum per Ministerialem et No
biles Officiose requisitus non denegare imo tenebitur
eandem effectualiter dare et admittere dataque et ad
missa eadem possessionem et usum fructum promissionem

quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas
et subordinatas personas non impedire nec adimere ipsum
Obligatarium suum et eius Successores in eisdem bonis obliga
tis tam in parte quam in toto non inuriari ita ut eadem
bona praesentibus Obligata idem Obligatarius suus suis cum
posteris quiete et pacifice praesentis suae Inscriptionis Obli
gatoriae vigore tenere et possidere queat Idque sub Vadio
simili summa Septingentorum florenorum pecuniae polonicae per
eundem Recognoscentem aut eius Successores praefato Obliga
torio suo eiusque posteris ob non Completionem praemisso
rum omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties
quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo In super
praefatus Recognoscens Generosus Thomas Vladislaus Gro
chowski de Grochowce praefato Obligatario suo eiusque
posteris dat et concedit plenariam facultatem et omnimo
dam potestatem Inscriptionem praesentem ex his Actis
Castrensibus Premisliensibus autentice depromptam ad Acta Ter
restria Premisliensia quandocunq voluerit transferendi et
transportandi quae transportata tanti valebit ac si per
ipsummet Recognoscentem transportaretur Cui transpor
tationi Inscriptionis praesentis modo promisso fiendae di
Recognoscens se et suos successores in et super bonis suis
generaliter omnibus et summis pecuniarys habitis et habendis non Con
tradicturum imo eam pro rato et grato suscepturum Inscri
bit et obligat praesentibus sub alio simili et speciali Va
dio Septingentorum florenorum pecuniae polonicae per eundem
Recognoscentem aut eius Successores praefato suo Obligatario

1196 eiusque posteris ob contradictionem transportationi inscriptio
nis praesentis ad solvendum succumbendo pro quibus quo
dem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succu
bitis ac re aliqua principali non completa complendoque
praemissis citatis existentibus memoratus Regno [illegible]
Generosus Thomas Vladislaus Trochowski aut eius successo
res ad instantiam praefati Nobilis Jacobi Woraskowski
aut eius posterorum ex iure recessi supra scripto quo ad
respondendum spectat mediante semper in primo citato
rum termino tanquam peremptorio stare iuri parere re
spondere vadia praestita iuxta inscriptionem huius satisfa
cere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur seque
ac suos successores ad eadem omnia obligat eundem ter
minum primum peremptorium et alios omnes conse
quentes eiusdem causae terminos semper peremptorios
vera infirmitate pro maiori minoreritate successorum
legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad mu
nimenta ad evictionem vel aliis quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo ad evictationem
nem intra proximos terminos Officii praefati Castrensis Pre
mislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque mo
tus appellationes causamque pro se cum haeres faciendo ac prae
missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis eua
sionibus suspensionibus fatalibus iuris conscriptio
ne Temesthi bello convention[e]que item aliis quibusvis
iuris remediis et defensis non subterfugiendo Hac sua
praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Laskowska Janowskiemu Donat. 1197

Comparens personaliter coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premi
slien. Generosa Dorothea Komorowska olim Generosi Andreae Komorowski
filia Generosi vero Jacobi Laskowski consors legitima cum eiusdem marito su
o tutore coniugato assistente sana mente et corpore existens a terrigenis districtibus
iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo huicque actui iuris
dictioni Castrensi Capitaneali Premislien. quoad acta praesentia attinet se cum sue
cessoribus bonisque suis cum omnibus totaliter et plenarie incorporando et subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognovit Quia ipsa eliberando Generosum Hia
cynthum Dersniak ab onere inscriptionis Terrestris Premislien. per se ratione infrascripto
facto Bona sua hereditaria materna videlicet totam et integram sortem suam se
nec alios facto et sorore suas iure divino et naturali successione post Generosam olim
Annam Rogalanka consortem olim praefati Generosi Andreae Komorowski con
cernen. in villa Stubienie districtus Premislien. iacens et consistens excepta
tamen sorte se per Generosum Stanislaum Komorowski fratrem suum germanum [illegible]
defunctum concernen. cum omni praemissorum Bonorum iure dominio proprietate titulo
hereditario cumque omnibus et singulis Bonorum praefatorum utilitatibus fructibus pro
ventibus reditibus emolumentis attinentijs et pertinentijs quibus universis nullis penitus
exceptis nec pro se suisque successoribus dat aliquo quaqum concepitabantur praemissis
reformatis velque eadem Bona ipsa met Regni tenuit habuit et possidebat.
ipsamque concernebant ac eidem serviebant ita late longe circumferentia
uti suis quae praefatorum Bonorum hereditates secundum suis metis et limitibus
ab antiquo extendit et protendit iam et nunc eadem praefato Generoso Petro Ja
nowski eiusque Dominus dedit donavit inscripsit et resignavit prout praesen.
tibus dat donat de toto pars perpetuo et irrevocabiliter donationis inscri
bit et resignat perpetuo et in aevum Et cavit et nunc eadem Regni eidem donata
ri eiusque Dominus in Bona eadem praesentibus donatione coram Officio praesenti
dat et admitti realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per intertemporem quemcunque ad alteri dari per nunc ab Officio praesenti ad [illegible] die qua
cunque voluerit Officiose accipiendi [illegible] donatum suum eiusque successores
Bona eadem praesentibus donata tenendi habendi possidendi illisque pacifice ac quo
ac utifruendi ad usumque suum suorumque successorum libere convertendi perpetuis